

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

Plutarchus

Francofurti, 1620

In Artoxerxem annotationes

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

lat. Sed & infra in postrema Ti. Gracchia actione Mucius nominatur.

832. b. *Parem numerum*) Epitome Liuii habet duplicem numerum. Cr.

Ibid. d. *Ceterum Blossius Cumanus* in Græco est Βλόσιος, sed epitheton Κουμάιος, & quæ antecesserunt ac sequuntur, satis ostendunt scribendum esse Βλόσιος.

833. a. *Flavius Flaccus*) Xyl. habet *Fulvius Flaccus*. & annotat, In Græco est Φλαβίος, Flavius: idque interpretes retinuerunt. Ego Flaccum Flauiorum cognomē esse nondum comperi: Fulviorum esse, nemo fere nescit. nō hoc modo me mouit, sed & id quod hunc puto esse M. Fulvium Flaccum, qui octauo post anno consul cum Plautio fuit, ac quadriennio post vna cum C. Graccho, cui se in perniciosis legibus ferendis socium addiderat, occisus est. cuius etiam Cicero pro do-

mo sua meminit.

834. a. *Quid igitur*) Hæc verba tribuunt Cicero & Val. Max. Latio. Cr.

Ibid. b. *ut Tiberii loco alium, &c.*) Τιμω αὐτὸν τῷ Τιβέει. Quis ille Titus? Viderunt interpretes mendum esse, id quod ipse locus prodit. Scribatur ergo, καὶ ἕνα αὐτὸν αὐτῶν, &c.

Ibid. c. *Sic pereat quisquis, &c.*) Verba Mineræ sunt, de Ægisti ab Orestæ ob adulterium & eadem Agamemnonis necati interitu, lib. 1. Vlyssæ.

Ibid. *Deinde C. & Fulvius*) Xyl. habet, *A. C. Graccho & Fulvius*. & annotat, A Carbone tribuno plebis hoc factum, & similiter scemitum plebis aduersus Scipionem, & eius asperum in eam dictum, quod hinc innuitur modo, non explicatur, scribit Velleius Paternulus, & Valerius Maximus libro sexto, cap. secundo.

IN C. GRACCHVM ANNOTATIONES GVIL.

Xylandri & Herm. Crusarii, interpretum.

835. b. *ut quaesturam in Sardinia cum Oreste consule*) Xyl. vertit, *Euenit ut quaestor Oreste consuli in Sardiniam sorte mitteretur*. & annotat, L. Autio Orestæ, anno DCXXVIII. Vide de hac Gracchi quaestura quæ ex ipsius oratione refert Gellius lib. 15, cap. 11.

Ibid. c. *Siquidem Cicero orator est autor*) Locus est primo De diuinatione.

836. a. *Apud imperatorē triennium permansisse*) τρεῖς ἔτη. apud Gellium legitur biennium, quod adeo malum ut prope credam *ditius* à Platarcho fuisse scriptum. Nam ne totum quidem biennium in Sardinia fuisse videtur. siquidem ex Appiano apparet, Fulvium Flaccum consule & adiutote primum tribunatum petisse, aut certe proximo post anno.

Ibid. *Coniurationis fregellanae*) Liuium lib. 60, vide aut Fastos potius Sigonii, anno DCXXIII.

Ibid. c. *C. Vulturium*) Xyl. habet, *C. Biturium*. & annotat, Sic est in Græco. Interpretes Veturium habent: an coniectu-

ram sequuti, an historiam?

839. d. *L. Opimius*) In Græco Οπίμιος, Hostilius. verum ego per hæc tempora nullum Hostilium à quoquam nominari video. Arretinus & Sigonius Opimium legerunt, qui proximo post anno consul C. Gracchum interfecit, id & mihi placuit.

840. d. *Q. Antyllus*) Attilium Appianus vocat: sed rem haud paulo aliter narrat.

IN COMPARATIONEM.

844. c. *Vt ait Plato*) Lib. 4. De republica.

845. a. *Atque in summa rudia mutilaque, &c.*) Xyl. vertit, *Omninoque manca eius consilia, & imperfecta actiones fuerunt, dimittentis propter aetatem quod instituerat*. & annotat, Græca mendosa & mutila puto. Arretinus omisit totam comparationem, quod Gracchos tantum verterat, itemque Tudertinus, qui alteros.

IN ARTOXERXEM ANNOTATIONES GVIL.

Xylandri & Herm. Crusarii, interpretum.

Artoxerxis atas bello Peloponnesiaco responder. Fere enim eodem tempore regnum cocepit quo Athenæ sunt à Lyfandro diruta: Olympiade nimirum XCIIII. quo maxime tempore Veniunt obliuiprimum, & decimo post anno à Camillo expugnati.

1012. a. *Artaxerxes ante Arfices dictus fuit*) Apud Diodorū Siculum lib. 14. & apud Xenophontem *ἄρτις ἀρτίστων Κύρου*, Artaxerxes legitur constanter: ut hic per o post t, Artoxerxes. sed id non multum refert, & per o etiam in Ctesia epitomis legitur, nuper à doctissimo homine Henrico Stephano editis. Quod autem hic nomen regis Arfices legitur, mutare ausus non sum: quanquam in Ctesiana epitoma lib. decimino ni *ἄρτις*, Arfices, legatur, hoc autem nomen est quam alterum notius, & regibus Parthorum omnibus fuit commune, ut Ptolemæi Ægyptiorum.

1013. b. *Omissis*) Amiotus Romiles: Lopus pauperem vertit, forte aliud uterque legit quam ego, Mithras Persarum deus, Solest Latinis: malui tamen vocem propriam relinquere. Sicut & Candy, vestis regis apud Persas genus, & similia.

Ibid. d. *Ostaci & Oxabi*) Aut initio libri huius mendose sunt nomina posita. Superiora tamen magis probe: quod & alibi habentur ista in Persis nomina.

1014. c. *Vt à veritate excurrat ad vana & fabulosa*) Xyl. vertit, *Ad fabulas*. & annotat, *οὐδὲν ἢ οὐ μὲν δει*, legitur, nimirum literis transpositis: quum nemo non videat sensum loci requirere *μὴ γὰρ δὲ*.

1016. e. *Regis explorator*) Xyl. vertit, *Regis speculator*. & annotat, Ad verbum est Regis oculus. Qu. vult, potest legere S. holiastem Aristophanis in Acharnentes comœdiam, non ita longe ab initio: Diligenter enim, etiam ex Aristotelis libro De republica tertio, rem explicat.

1017. d. *Sibi vero non minus XX. millia visos qui ceciderant*) Xyl. vertit, *Ipsi cadauera visa haud pauciora XX. millibus esse ait*. & annotat, *αὐτῶν*. Locus est ambiguus & obscurus. Nam neque satis liquet de Cyrene an regis exercitu perierint qui hic numerantur: & quo illud *αὐτῶν* pertineat, non constat. ego ad Ctesiam potius retulerim. Minime quidem Lopo assentior, qui alterum numerum ad Cyrenas, alterum ad regios retu-

lit. Diodorus Siculus de regis exercitu plures xv. millibus, de Cyri autem citat tria millia cecidisse refert.

1019. c. *Mesabata*) Xyl. habet, *Mesabates*. & annotat, Paulo post legitur *Μεσαβάται*. In reliquis Ctesia (ex eo suspicor Plutarchum transcripsisse) *Βαγαπάται*, legitur Bagapates.

1020. a. *Pectinis copiam sibi faceret*) Hæc ridicule à Lopo ad deprecationem famis sunt detorta: quum & perspicua sint verba, & eo commemoret Plutarchus ut Ctesia inutilitatem demonstrat. Sed alia multa hic & alibi Lopus admisit: ut supra de Care, *ἡ δὲ ἀπὸ τῶν αἰνῶν ἀντιπρὸς αὐτῶν* verterat in superiores se efferre, & multa alia.

Ibid. *Caryatidas*) Καρυάτιδες genus est saltandi à Castore & Polluce Lacedæmoniis traditum Caryis Laconicæ oppido. Vide Lucianum *ἠὲ ὀρχήσασθαι*.

Ibid. d. *Gigim dictam*) In Ctesianis eclogis est *Γίγιν*, Ginge, & auis *ῥυθδακίη*, Rhyndace.

1021. c. *Duce Tymbrone*) Vide Xenophontem lib. 3. Rerum Græcarum, & Diodorū Siculum lib. 14. & Plutarchum in Agefilao, Probum, & alios.

1022. b. *Qui inter Persas Leonidam & Callicratidam saltavit*) Xyl. vertit, *Saltans apud eos Leonidam & Callicratidam*. & annotat, Ita est in Græco ut verti. Si verba recte habent, quod non puto, meo arbitrato sensus est, meruisse eum coronam istam adulandis Persis, & se eorum arbitrio accommodando. & videtur illud *ὀρχήσασθαι* alio sensu καὶ ἀποβῶναι dictum. q. d. ridiculos eum offendisse priores Spartanos, graues illos & tetricos: quales fuerunt Leonidas, & alii præci, qui quidvis potius fecissent quam ut regem barbarum adulati essent. Leonidam aliquem in Persia egisse, non meriti. De Callicratide magnanimitate ac quam is iniue fastum barbaricum tulerit, est apud Xenophontem lib. 1. *ἐκλυσιαν*, & apud nostrum in Lyandro. Mox in Græco *Ἀνταλκίδα* vitiose legi pro *Ἀρταξέρξιδαι* iudicabam. nam Antalcidæ tribui *ξίνας* & *φίνας* nomen, quippe ciui, à Spartanis non potuit.

Ibid. e. *Stratores*) Vide quæ de his in Pelopida annotavi, vbi eadem historia adducitur.

1023. c. *Porro quæ bellum ducibus, Pharnabazo & Iphicrate, monisset Ægyptiis*) Describitur tota res eleganter à Diod. Sic. li. 25.

1015.c. Rhodogynem Oronti Xyl. vertit, Rhodogynā Oronti, Turibaō Amistriū nuptum daturum. & annotat. In Græco male est Oronti, quod Lapo imposuit. Paret cum aliunde tum ex Diodori 16. & notum est dictum huius Orontis de aulicis, quum gratia regis & socii excidisset.

1016.d. Oromaze) Ο ρομαζης, seu Ο ρομαζης, (vta' ρομαζης & Α ρομαζης, & id genus alia) deus est Persarum quem nos So-

lem vocamus. Evidens est hoc cum aliis ex autoribus; tum ex libro Plutarchi De Iside & Osiride, & quidem in 1015, a sole annus dicebatur, quod non solum grammatici testantur, sed & versus extat Euphorionis de Laodice & Acamante The- sci F. H' oi δ' ουδ' οντα τε κα' προμεινωσι αρω. Id propter Lapum an- noto, qui quum hoc non animaduerteteret, perperam ad re- gem transfuit.

IN ARATVM ANNOTATIONES GVIL. Xylandri & Herm. Cruferii, interpretum.

Aratum vixisse eodem tempore quo Cleomenes Spartæ rex fuit, & Antigonus Macedoniæ, satis ex vita Cleome- nis constat. Vide omnino de eius ætate & æqualibus Poly- bium lib. 2. necnon de rebus eius gestis.

1017.v. Quis patrem laudet) Prouerbiū hoc etiam in Chi- liadibus Erasmi exponitur. Norum est autem, plerisque, quum nihil ipsi habeant proprium quod laudem mereatur, ad pater- nas & auitas laudes (vti claudi ad equum) recurrere. Quasi ve- ro iis occini merito non queat, Heroūm filios esse noxas. Ex- tant in hanc sententiam multa graues & arguta veterū Græ- corum poetarum sententiæ: sed nostrum institutum non pati- tur nos eas huc cogere. Eleganter Ouidius sub persona Vlyl- sis, Nam genus est proanos, & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra uoco. Quod ad Græcum verbum attinet, διψος cum apostro- pho si legitur, erit elegantior: vt sic modus potentialis vt vo- cant, aoristo optatio expressus. Certe Erasmius ita legit: an ex autoritate libri, an ex ingenio? Cic. lib. ad Atticum primo, vbi de se sui ipsius laudatore loquitur, scite adducit patrem versus, Τis πατὴρ ἀνθρώπων: sed quia non adduxit totum, non multum id meæ lectionis opinioni detrahet. Fieri enim potest vt non re- tulerit patremiam, sed ad eam (vt frequenter alias) alluserit.

Ibid.c. Est enim sibi placens) Sensus est, Tu quidem o Poly- crates vir es præclarus: sed nimis tibi ipsi placens si tantum ti- bi tribueres vt non Aratum potius imitandum tuis filiis, quam te, proponeres. Ac videtur illa verba, παντὸς ἀπὸ βέλπισον, non vacare mendo: sed deesse εἰσπὴν aut aliquid tale. Lapsus quidem corrupti sententiam. φιλοκαλῶν autem est, optima & nobilissi- ma exempla ad imitandum aliis proponere; non temere sei- pso, neque semper.

1018.b. Non diffietur athleticam voracitatem & ligonem) Xyl. idem ligonem vertit; & annotat, ὁ σκαφίον. Lapsus sca- pham vertit: si quidem hoc est vertere. σκαφίον apud Græcos duo significat, tonsuræ genus, & ligonem seu fasciculū. Quum tonsuræ genus est, ὁ σκαφίον significat, id est, quum nouacula cri- nes raduntur: eique opponitur κίρπος, quod est tonsuræ genus ad ornatum formæ magis faciens. Aristophanis interpret in Auibus, Eustath. in Iliad. μ. & alii. Sed id huc non facit. Quod autem ad ligonem attinet; athleticas solitos se eo ad firmam- dum robur exercere, innuit Theocritus Idyllio 4. quod inscri- bitur νομῆς: de pastore loquens qui Pisas certaturus & athle- tam acturus se contulerat: ὦ χεῖρ' ἰσχυρὸν σκαφίον αἰετὸν. ὅτι κίρπον τὸ πῦρ μάλιστ'. Interpres ostendit carnes eum ouium secum detulisse, vt haberet quod voraret. & de voracitate athleticarum res est no- tior quam vt verbis opus sit. De ligone autem, qui σκαφίον et- iam dicitur, (hoc quoque ὁ σκαφίον, fodio) interpret ait vocari διμῆλα, σκαφίον, vulgo κισσῶλον & κλαμπόν, Attice ἄμυλον. solitos autem athleticas, pugiles præsertim, se eo exercere, & fo- diendo superioribus corporis partibus robur querere.

Ibid.c. Pafed autem) Πασίαν hęc est, supra Πασίαν, quod & rectius est. Nam Pausani, quoque lib. 2. ita habet, ὁ δ' Ἐσπέρου πατὴρ Πασίαν.

Ibid.d. Abspectantium cateruā fuisse, vbi id intellexerunt, obrutum) Xyl. vertit, Conculeatum. & annotat, καπαπαθῶνας non ab ἀπάτω, sed ἀπατίω verbo deduci, vel pueri sciunt. La- pus hęc oscitauit: & neicio quid erroris Spartanis attribuit, er- rone ipse lapsus.

Ibid.f. Arcesilai philosophi quondā Athenis auditor) Xyl. ver- tit, In urbe. & annotat, id est Athenis. ita enim de Ath. n. s. a- liquando loquuntur Græci, vt de Roma Latini. Videtur au- tem esse quem Arcesilam vocat Cicero. Nam legendum est omnino Ἀρκεσίλαον, Arcesilaum, vt & Strabo libro primo hunc nominat, Academicum nobilem, Laertius ex Apollo- doro tradit eum fuisse Olympiæ, ex x. hęc autem non multo post cxxx. Olympiadem gesta sunt. Quin & iocilio Philopœnemis noster eum Arcesilaum scripsit, quod hęc vi-

tiarat librarius. Ecdelus autem qui hęc legitur, ibi est Ecde- mus.

1019.d. Has in achanas coniectas) Xyl. vertit, In modios fru- mentarios imposuerunt. & annotat: Malui genus vertere, quū hęc non de quantitate mensuræ quærat, sed de vase simpli- citer. Achana genus est mensuræ frumentaria Persicum, vt a- pud Egyptios artaba: continet (vt testatur Aristoteles) medi- mos Atticos xlv. Alii cistam esse dicunt in quam publice ad spectacula aut oraculum consulendum missi sua cibaria con- dunt. Hęc interpret Aristophan. in versum Acharnensium: Οὐκ ἄν' ἀχάνας ὀδὴν χροῖσιν λέγει. Eadem fere Eustath. in 2. & 19. Vlylæa.

1020.a. Datoque signo Apolline dextro) Xyl. vertit, Tesseram dedit Apollinem propiciam. & annotat, ἱερὸν δέξιν. Hoc vocabu- lum fere de loco sumitur, vt τὸ πῶς ἱερὸν δέξιν, & χροῖσιν ἱερὸν δέξιν, vnde propter sublimitatem commodè pugnatur. vsitata est phrasid historicis. Itaque Apollinem etiam ἱερὸν δέξιν intelligo cuius præsidio sperabant se hostibus superiores fore.

Consensio gentium &c.) Locum hunc ita vertit Xyland. Ne- que quocquam magis amabat quam concordiam populorū, com- munionem ciuitatum, conciliumque & theatrum vnā edens vocem: bello & apertis certaminibus vti non facile audebat. an- notatque. Locus in Græco non est, nisi parum video, integer. Itaque feci quod potui: libenter melioribus cessurus.

1021.d. (onsilia & pugna, &c.) Xyl. vertit, Gloria ad Hercu- leas innotuit vsq; columnas Inclita virtutis maxime Arate tuæ, Et tibi pro patria certamina gesta salute, Factaq; prudenti maxi- ma consilio. At nos in patriam te seruatore reduci Cernentes opē- ra sana laresq; tua: Hanc statuam grata memores tibi mente di- camus, virtutis signum iustitiæque tuæ. Atque salutaris inter te diu fatemur Insigne superos emeruisse locū. Nā libertatem genius legesque salubres, Otiaque alma tuus restituit patria. & annotat: Non disputo vt hæc carmina Lapsus conuerterit. Ego paulo liberius verti, vt sensum vt cunq; redderem: πλάθω, in pri- mo pentametro, Appropinquat est, media voce à πλάθω. quā vsus est etiam in Electra Sophocles: -- πλῆ, δὴ πάντες, & ἐς τὴν πλά- θω: id est πλάθω. Quod non in interpretes modo ibi docent, sed & Eustathius hunc versum citans in Odyl. 6, ait, πλάθω ver- bum esse πλάθω τὸ πλῶ τὸ πλάθω deductum.

1025.c. Quæpe animo erat hic vsq; adeo celso) Xyl. vertit, Tantæ erat hominis magnanimitatis & annotat, ὁ δὲ ἀρρῶλον, ὁ δὲ πῶς τῶ. Nisi legas ἀρρῶλον τὸ δὲ. ἔπω γδ, &c. aut omnino illud ὁ δὲ omittas, necesse erit locum mutilum intelligi, ac comparatio- nē à Plutarcho fuisse ppositā, cuius prior pars interciderit.

1045.b. Venatorem imitatus & Esopium) Alludit ad nobi- lem illam fabulam de homine qui equo communibus armis à ceruo pulso, ita opem tulit vt in posterum equo semper ve- ctore ipse vteretur. Extat apud Aristotelem in Rhetoricis, & Horatium, ibi: Ceruus equum pugna melior, &c.

1045.c. Achen) Regio est Peloponnesium maritima ad Corinthum. Stephanus ex Thucydide.

1049.b. Dymæsi que) Δυμῶνας est lege adum, non κυμαίων, quod mitor retinuisse interpretem, quum in Achaia nulla Cuma, Dymæ autem sit nouissima.

1050.a. Minorem Aratum priuatim sauciavit in uxore) Xyl. vertit, Primum aliquandiu hospitio Aratorum utens oc- ciltē iunioris uxorem corrupit. & annotat, Liutus lib. 27. de Philippo loquens: Vni etiam, inquit, principi Achæorum Arato adempta uxore Polycrætia, ac spe regiarum nuptia- rum in Macedonia abportata fuerat. De cæteris vide Po- lyb. lib. 4. § 8. & Pausaniā in Corinthiacis. Paulo superius hæc verba, ἔγω σφαμδοταῖον τὸ πῶς τῶ, ὁ φίλος ποί, Lapsus corrupit, & vi- detur nullo sensu legisse πατὴρ. Significant autē Philippū sen- sisse quod posthabito Arato res aggressus, tota aberrasset via.

1052.a. Quorū obscura adhuc vestigia diebus illis defunctorie